

10. 10. 10.

10. 10. 10.

Alu
Ane
Angi
Apo
Arth
Afr
Asth
Aud
Aur
Aur
Car
Cap
Cap
Car
Cata
Cata
Cep
Cho
Cho
Com
Com
Co
Per
Dia
Dia
Do
Dy
E
E
E



Alui adstictio fol.	132.	Febris ephemera	196.
Aneurisma	179.	Hemihitosa	161.
Angina	58.	Pestilentialis	165.
Apoplexia	2.	Intermittens	135.
Arthritis sine articularis morbus	124.	Lucidiana intermittens	124.
Asthes Hydropr	90.	Synocha	209.
Asthmaticus	66.	Tertiana continua	158.
Auditus grauitas	115.	Tertiana intermittens	78.
Auris dolor	157.	Femoris luxatio	184.
Aurium tinnitus	115.	Gangrana	180.
Carhegia leuorhlegmatica	94.	Gonorrhoea simplex	153.
Capitis dolor	150.	Haemorrhagia nasium	116.
Capitis vulnus	167.	Haemorrhoidalis dolor	123.
Cardialgia	146.	Hemiplegia	14.
Catarrhis	6.	Hepatis imberillitas	170. 169.
Cataracta	99.	Inflammatiō	203.
Catharrus	54.	Obstructio	206. 170.
Cephalalgia	149.	Hydrophob ⁹ ex morsu canis rabidi	22.
Cholera	102.	Hydrops Asrites	90.
Cholera cum conuulsione	191.	Hypochondriacus	82.
Combustio pedis	174.	Hysterica passio puella	139.
Conuulsio cum cholera	191.		
Cordis palpitatio	194. 198.		
Dentium dolor	143.	Interus flauus	86.
Diabete	183.	Ileum ex bubonoele	154.
Diarrhoea biliosa	131.	Imberillitas hepatis	170. 169.
Dolor auris	157.	Incurbi diuexatio	26.
Capitis	150.	Inflammatiō hepatis	203.
Vteri	162.	Inflammatiō Aenis	213.
Dysenteria epidemica	103.	Intemperies frigida	169.
Ephemera febris	196.	Ischuria	192.
Epidemica dysenteria	103.		
Erysipelas	136.		

Leurophlegmatia	94	Sanguinis circuitus sententia	144.
Lienis inflammatio	213.	Sanguinis fluxus e naribus	116.
Lienis obstructio	214.	Sanguinis sputum	74.
Lues Venerea	111.	Scorbutum	110.
Lumbrici	128.	Singultus	119.
Luxatio femoris	184.	Somnambulo	42.
		Spasmus brachiorum & curum	10.
Maniacus	34.	Superflui menses	187.
Melancholicus	30	Surditas	115.
Mensium obstructio	106.	Synope	70.
Mensium Superfluitas	187.	Synocha febris	209.
Narium Hemorrhagia	116.	Tendinis punctura	188.
		Tinnitus aurium	115.
Obstructio hepatis	170 206		
Lienis	214.	Variola	199.
Mensium	106.	Venerea lues	111.
Odontalgia	143.	Ventris adstrictio	132.
Ophthalmia	98.	Vermes	128.
		Vertigo	18.
Palpitatio Cordis	195. 200.	Veternofus	46.
Paralytica ex hemiplegia	14.	Virginis morbus	217.
Paronychia	145.	Vomitus diuturnus	120.
Pedis combustio	146.	Vitio pedis	176.
Pestilentialis febris	165.	Vteri dolor	162.
Phreniticus	50.	Vulnus capitis	157.
Pleuritica	62.		
Ptyalismus	210.		
Punctura tendinis	188.		
Rabies ex morfu canis rabidi	22		

M E D I C A T I O
 V I R I
 CACHEXIA LEUCOPHLEGMATICA
 A F F E C T I :

Q V A M,

Divino adjuvante Numine,

SUB PRÆSIDIO

CLARISSIMI VIRI

D. HENRICI REGII,
 Reip. Vtrajectinæ Poliatri, & Medicinæ
 ac Botanices Professoris Ordinarii,

Publicè examinandam proponit

PETRUS WASSENAER Ultrajectinus.

Ad diem 2. Octobris, horâ 9. matutinâ.



Naturâ & Industriâ.

TRAJECTI AD RHENUM,

Ex Officinâ Iohannis à Noortdyck, In Acad. Typographi.

Anno 1647.



*Eruditione, Doctrinâ, & Integritate vitæ
conspicuo Viro,*

D. ASSVERO MATHISIO,
In Ecclesia Remonstrantium, quæ
Roterodami nomine Christi col-
ligitur, pastori vigilantissimo:

Spectatissimo & Gravissimo Virò,

D. GERARDO CROESEN,
Civi Reipubl. Ultrajectinæ dignif-
simo, Avunculo suo, æque cum su-
periori, eo, qui cognatum decet,
honore semper prosequendo:

Hoc qualecunque γύμνασμα

Dedicat consecratque

P. WASSENAER

Φιλίατε.



M E D I C A T I O
 V I R I
 CACHEXIA LEUCOPHLEGMATICA
 A F F E C T I.

I.

Vir quadraginta annorum, febris erraticâ diu fatigatus, & tandem ab eâ liberatus, incidit in pedum & tibiârum inflationem; quæ deinde, per femora & testes paulatim ascendens, totum corpus, faciem ipsam, palpebras, labia, ac gingivas occupavit. Color corporis ad foedam albedinem declinat. Digni partibus externis impressi aliquamdiu profunda in iis reliquunt vestigia. Urina est pauca & cruda. Pulsus debilior. Coctio ventriculitarda. Corporis motus lentus & languidus.

II.

Afficitur in hoc ægro totus corporis habitus; ut ad oculum pater: item hepar, ventriculus, lien, & aliæ partes, chylosi & chymosi ac etiam sanguificationi inservientes; quod totius corporis inflatio & tumor indicant.

III.

Morbis, quo æger laborat, est intemperies viscerum chylosi chymosi & sanguificationi inservientium serosa, pituitosa, & vaporosa, quæ, totum corpus tumore molli inflans & distendens, foedoque pallore perfundens, *Cachexia leucoplegmatica* appellatur.

IV.

Causa prima sive procatartica huius morbi est febris erratica, quæ diu ægrum nostrum fatigavit. Hinc calor natus, primò

quidem nimis fuit intensus; sed postea, ex dissipatione spirituum
& oleaginosarum partium, imminutus: unde humores serosi &
pituitosi, item vapores crudi & crassi copiose fuerunt in visceribus
geniti; qui, in vasis cum sanguine contenti, antecedentem huic
morbo præbuerunt causam. ii verò, propter debilem viscerum
calorem, cum reliquis sanguinis partibus non satis bene mixti,
atq; ideo extra vasa in habitum corporis, cujus minor quam visce-
rum est calor, sese effundentes. & illi qualicunque modo agglu-
tinantes, *continentem* hujus morbi & symptomatum constituunt
causam.

V.

Nam serosa & pituitosa illa materia, circa viscera chylosea
& chymosea ac sanguificationis existens, producit ibi intem-
periem jam commemoratam. Extra vasa verò in pedes, propter
longiorem à corde & reliquis visceribus distantiam, & seri gra-
vitatem, effusa, facit ibi tumorem œdematosum, digitorum im-
pressorum vestigia, ob partium mollietatem, aliquamdiu retinen-
tem. Hic, malo ingravescente, primum tibias & femora, de-
inde totum habitum corporis, item brachia & caput, in eoque
faciem, labia & gingivas tandem occupavit.

VI.

Et quoniam serosa hæc materia, ob dictas causas, in habitu
corporis hæret, idcirco pauca ejus quantitas ad renes defertur;
quæque eo deportatur, est crassa & cruda, ac obstructos etiam
ibi invenit poros. hinc urina etiam est pauca & cruda. Quia
verò ab hoc sero & sanguine crudo ac frigidior calor ventricu-
li & cordis, jam antea à febre præcedente debilis, magis magis-
que debilitatur, hinc pulsus est justo debilior, ac concoctio ven-
triculi, ut & aliarum partium, tarda. Et denique, quia moles
corporis ab hoc tumore est gravis, & spiritus animales, ob sero-
sam hanc cacochymiam, pauci, hinc motus corporis est languis-
sus & tardus.

Morbus

VII.

Morbus hic valde est periculosus, quia chylosis & chymosis, atque hinc sanguificatio, graviter est læsa, & difficulter corrigi potest. Non tamen desperandum: sæpe enim hujusmodi cachexia sanari solet.

VIII.

Ne itaque in lethalem leucophlegmatiam vel ascitem abeat, Curatio quam primum erit inchoanda: quæ consistet in causæ antecedentis & continentis ablatione, & intemperici viscerum & habitus corporis per contraria correctione,

IX.

Primò itaque purgetur tali haustu:

℞: diaphanici vnc. s.
 tartari vitriolati scrup. j.
 dissolve in aq. carduibenedicti vnc. ij. s.
 adde aq. cinnamomi vnc. s. scammonij gr. viij.
 misce F. potio, mane jejuno ventriculo
 exhibenda.

Postea utatur hoc apozemate aperiente, alterante, & purgante:

℞. cort. rad. apij, ireos recent.,
 ebuli, an. vnc. j.
 bryonia dragm. ij.
 enula camp. dragm. iij.
 herb. cuscute, agrimonie, ceterach,
 carduibened, fumarie an. m. j.
 absinthij vulg. & romani an. m. s.
 flor. geniste, sambuci, centaur. min. an. p. j.
 sem. anisi, feniculi, carui, dauci an, dragm. ij.
 Fol. semie vnc. j. s. agarici, rad. esule an. dragm. s.
 rabarb. dragm. j.
 Rinzib., cinnamomi, schenanthi an. scrup. j.
 uvar. pass. vnc. j. prunor. acidor. paria viij.

Cc 3

liquor

liqueritiæ rafa dragm. ij.

Decoq. ex aq. com. & vini albi parti. aq. ad lib. j. s.

& colentur pro Apozemate, de quo bibat ager

vincias quatuor mane jejunos.

Ubi aliquoties purgatus fuerit, utatur his tabellis corroborantibus & intemperiem viscerum corrigentibus:

℞. spec. el. aromatici rosati

diarrhodon. abbatis, diamargar. frig.

an. dragm. j. s.

rasura eboris, cornu cervi, an. dragm. j.

ol. cinnamomi, caryophyll. an. scrup. s.

Jaccari albi dissolui in aq. ros. vnc. ij.

℞: tabellæ dragm. iij. pondere; capiat unam

horâ ante prandium & cenam.

Ventriculus & præcordia hoc foveantur linimento:

℞. ol. nucis moschata, mentha, absinthij,

amigdal. amarar. an. vnc. s.

cera parum. F. linimentum, quo regio

ventriculi mane & vesperi illinatur, &

superponatur scutum ex bombace.

Alvus si postea substiterit, moveatur subinde his pilulis:

℞. aloes rosata.

spec. hiera simpl.

rabarb., agarici trochis. an. dragm. j. &

rum syr. de absinthio q. s. F. massa, de qua capiat

scrup. j. horâ unâ ante cœnam.

X.

Cibus sit euchymus, ex pane triticeo, bene fermentato, carnibus gallinaceis, vervecinis, perdicibus, ovis forbilibus, aromatibus moderate conditus. Abstineat à multis jurulentis & sorbitionibus, ac multo potu; qui sit cerevisia & vinum album mediocrium virium. Bis terve in die alatur quantitate cibi, quam facile conficere potest. Versetur in aëre mediocriter calido. Moderate ambulando se exerceat. Bene dormiat; & tristitiam fugiat.

COROLLARIA.


1. **M**ens humana est, quæ actiones cogitativa ab homine primo peraguntur, eaque in solâ cogitatione, sive cogitandi facultate ab interno principio, consistit.
2. Quantum ad naturam rerum attinet, ea videtur pati, ut mens possit esse vel substantia, vel quidam substantia corporea modus; vel, si nonnullos alios philosophantes sequamur, qui statunt extensionem & cogitationem esse attributa, quæ certis substantiis, tanquam subjectis, insunt, cum ea attributa non sint opposita, sed diversa, nihil obstat quo minus mens possit esse attributum quoddam, eidem subjecto cum extensione conveniens, quamvis unum in alterius conceptu non comprehendatur. Quicquid enim possumus concipere, id potest esse: Atqui, ut mens aliquid horum sit, concipi potest; nam nullum horum implicat contradictionem: Ergo ea aliquid horum esse potest.
3. Errant itaque, qui asserunt nos humanam mentem clare & distincte, tanquam necessariò a corpore realiter distinctam, concipere.
4. Quod autem mens revera nihil aliud sit quam substantia, si ve ens realiter à corpore distinctum, & actu ab eo separabile, & quod seorsum per se subsistere potest, id in sacris literis, plurimis in locis, nobis est revelatum. Atque ita, quod per naturam dubium quibusdam esse potest, per divinam in sacris revelationem nobis jam est indubitatum.
5. Nec obstat, quod de corpore dubitare, de mente verò dubitare nequaquam possimus. Hoc enim illud tantum probat, quod, quamdiu de corpore dubitamus, illam, ejus esse modum, dicere non possimus.
6. Mens humana, quamvis sit substantia à corpore realiter distincta, in omnibus tamen actionibus, quamdiu est in corpore, est organica. Atque ideo, pro variâ corporis dispositione, cogitationes mentis sunt variæ.
7. Cum hæc sit natura à corpore & corporis dispositione diversa, nec ab hac oriri queat; ea est incorruptibilis.
8. Cumque ea nullas partes, nec ullam extensionem in conceptu suo habeat; frustra quaeritur, an sit tota in toto, & in singulis partibus tota.
9. Cum mens eque ab imaginariis, atque a veris, affici queat, hinc per naturam dubium est, an ulla corpora à nobis revera percipiuntur. Verum, etiam hoc dubium, tollit divina in sacris revelatio, quæ indubitatum est

Demum

Deum coelum & terram, & omnia, quae in eis continentur, creasse & etiam
num conservare.

10. Vinculum, quo anima cum corpore coniuncta manet, est lex immutabilitatis naturae, quae unumquodque manet in eo statu, in quo est, donec inde ab alio deurbetur.
11. Cum sit substantia, & in generatione nova producat; rectissime sentitive videntur ei, qui animam rationalem, per immediatam creationem, à Deo, in generatione, produci volunt.
12. Mens non indiget ideis, vel notionibus, vel axiomatis innatis: sed sola eius facultas cogitandi, ipsi, ad actiones suas peragendas, sufficit.
13. Atque ideo omnes communes notiones, menti insculptae, ex rerum observatione vel traditione originem ducunt.
14. Imo ipsa Idea Dei, menti insita, est vel ex divina revelatione, vel traditione, vel rerum observatione.
15. Conceptus noster de Deo, sive idea Dei, in mente nostra existens, non est satis validum argumentum ad existentiam Dei probandam. Cum non omnia existant, quorum conceptus in nobis observantur: atque haec idea, utpote à nobis concepta, idque imperfecte, non magis quam cuiusvis alius rei conceptus, vires nostras cogitandi proprias superet.
16. Cogitatio mentis est duplex: intellectus & voluntas.
17. Intellectus est perceptio, & iudicium.
18. Perceptio est sensus, remiscencia, & imaginatio.
19. Omnis sensus est perceptio alicuius motus corporci; quae nullas species imentionales desiderat: isque fit, non in externis sensoris, sed solo cerebro.
20. Voluntas est libera & ad opposita, in naturalibus, indifferens: ut ipsa nobis testatur conscientia.
21. Hac se ipsam determinat; nec caeca est dicenda, sui visus non dicendus suavitatis.

F I N I S.



—

7/12

102




00 A 6396

ULB Halle 3
002 928 167



Slu







29

93

C A T I O
R I
COPHLEGMATICA
E C T I:
A - M,
vante Numine,
R E S I D I O
S I M I V I R I
C I R E G I I,
Poliatri, & Medicinæ
ofessoris Ordinarii,
mandam proponit
S E N A E R Ultrajectinus.
ris, horâ 9. matutinâ.



Industria.
AD RHENUM,
dyck, In Acad. Typographi.
I 647.

